

SCRIPTA

Numéro Scripta : 1512

Autre(s) référence(s) : Fauroux 66 / Tabuteau 154

Auteur(s) : Robert le Magnifique, Normandie (duc)

Bénéficiaire(s) : Rouen, Notre-Dame (cathédrale)

Genre d'acte : diplôme

Authenticité : non suspect

Datation : [1028-1033]

Action juridique : autre

Langue du texte : latin

Analyse

Robert archevêque de Rouen, et son neveu Robert le Magnifique, devant la déplorable situation des biens de la cathédrale de Rouen, énumèrent d'abord les biens qui lui demeurent :

dans le comté de Rouen, une partie de Pierreval ;

dans le « pagus » de Talou une partie de Grainville, l'église de Bracquemont, six hôtes à Londinières, autant à Clais ; les domaines d'Angreville, Epinay, Boissay, Duranville, Baillolet, Saint-Vaast [d'Equiqueville] avec l'église ;

en Vexin français Vicq et ses dépendances.

D'autre part ils restituent :

en Vexin Normand Neaufles[-Saint-Martin] et Heubécourt avec l'église, Amfréville[-les-Champs], la moitié de Tilly avec l'église ; l'église d'Ecos ; Mezières, Panilleuse, Travailles, la moitié de Bacqueville, quatre hôtes « capitales » et deux demi-hôtes à Marcouville, cent cinq acres à Houville, douze hôtes à Cuverville avec l'église ; quatre parts de Douville-sur-Andelle, la moitié de Boulay, une partie de Connelles ;

dans le comté de Rouen, la moitié d'Ernemont[-sur-Buchy], deux parts de Franqueville avec l'église ; la moitié de Pibeuf ;

dans le comté de Talou, Cuverville le long de l'Yères, Bracquemont, « Seibertivillam », Clais, Londinières ;

dans le comté d'Hiémois, Nécy avec l'église ; Laize et Boulon avec les églises, et à OUILLY-le-BASSET 33 « masloths » ;

dans le « pagus » de Caux, Bretteville[-du-Grand-Caux] et son église ; la moitié de l'autre Bretteville et deux moulins près du mur [de Rouen], donnés par Richard II ;

dans le « pagus » de Beauvaisis, Cramoisy et une partie de Montataire ;

dans le « pagus » d'Évreux, Normanville, Caer, Saint-Germain-des-Angles (donnés par Richard Ier) ; une rive de Douvrend avec Angreville et l'église sur la rive opposée.

Le duc Robert affecte la dîme de ses deniers à l'entretien vestimentaire des chanoines ; son fils Guillaume concède Sotteville.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Fauroux Marie, *Recueil des actes des ducs de Normandie de 911 à 1066*, Caen, Caron (MSAN ; 36), 1961, n° 66, p. 197-201.

Dissertation critique

Datation proposée par M. Fauroux.

Texte établi d'après a

Universis ecclesie filiis ubique locorum in fide catholica firmiter fixis, Robertus Dei gratia archiepiscopus Rothomagensis ecclesie ejusque nepos Robertus, nutu divino princeps tocius Normannie, salutem et vitam mentisque ac corporis prosperitatem perpetuam. Volumus notificare omnibus quoscunque monet causa vel ratio cartule hujus, principale totius Normannie monasterium in honore Sancte Marie Dei et hominis matris virginis dedicatum nimis terrenis vacuatum stipendiis non invenisse, ipsumque per hoc officiiis celestibus parum indulgere, cujus miserie condolentes et ea intima compassione ferentes dictu ewangelico per divinam sensimus inspirationem ipsum sicut ipsius Dominum : « positum esse in ruinam multorum et in resurrectionem ». Hoc autem sepe revoluto et diligenter discusso consciencie nostre hujusmodi gravem pertulimus morsum, ne in improperantibus nobis obiceretur illud propheticum : « non ascendistis ex adverso, nec opposuistis nos murum pro domo Israel ut staretis in prelio in die Domini » cum insuper et si non nostris meritis largiente tamen Domino, et pejorandi et meliorandi in nobis posita est ditio quod adhuc qualiter esset cum clariori vigilantia requisitum et expressiori fieret indagine inventum videndo quod faventes et conscentientes par pena constringit unusquisque nostrum alieni facinoris sententiam in capillum suum redundare persensit si videntes aliorum miserabiles lapsus in laqueos quos absconderat et in quibus comprehensi erant comprehendenda non timeremus maxime cum ad duplicandum sive dampnationem sive premium nobis hec duo suppeterent ac tota facilitate foverent et a precipitio isto cavere et precipitatis manum reparationis extendere ; his omnino accommodantes animum, statuimus beneficia ecclesie dispersa recolligere, recollecta in unum remittere, et remissa equaliter ordinare videlicet in supradicti loci ecclesiasticos usus nominatim ad communes fratrum ibi servientium sumptus, quod fidelium nostrorum consultu, amicorum hortatu dum ex voluntate patuisset in actu firmavimus manibus nostrorum et nostris annuimus dictis, auctorizavimus et adhuc auctorizamus his scriptis ut sic per nos factum a Deo et confirmatum ab hominibus maneat inconcussum a modo et usque in sempiternum. Verum ne terrarum nomina ibi pertinentium legentibus vel audientibus, si mixum ponantur gignant fastidium, volumus prius seorsum ponere que illic aggregata reperivimus, et postea que aliorum dispersa illuc aliunde congregavimus. Hec que secuntur ibi pertinentia illic invenimus reservata. In comitatu Rothomagensi, partem ville cujus nomen est Petrevallis ; in pago qui dicitur Talou, partem ville unius que Grinvilla vocatur, et ecclesiam ville Brachemontis vocate, et .VII. hospites apud Nundinarias, et totidem apud Cleidas, aliasque ex integro villas sic vulgariter nominatas, Anserivillam, Spinetum, Buxetum, Durandivillam, Bailluletum, Sanctum Vedastum cum ecclesia et molendinis, et has totas cum omnibus que pertinent ad eas, tam in aquis, quam in terris ; in Vilcassino Francico, unam villam Vy vocitatum, cum omnibus que pertinere videntur ad ipsam, hec ut est superius prelibatum repperivimus. Ista vero que subnotantur ibi, Deo auxiliante, restituimus : in Vilcassino Normannico, duas villas, unam nomine Nielfam et alteram Hilboucort dictam, cum ecclesiis et molendinis, et Anfridivillam, cum cunctis tam in aqua quam in terra earum appendiciis in ipso eodemque pago, medietatem ville unius quam Teileet nominant, cum ecclesia tota, et ecclesiam Descoz, et villam quam Macerias nuncupant, et rursus villam que Panniliosa dicitur, necnon villa que Travailliacus dicitur, dimidiam partem in Baschiville, et .IIII.or capitales hospites in Malculfrvilla, et .II.os dimidarios, .C. et .V. acras in Hulvilla, et in Culvertivilla.XII. hospites cum tota ecclesia ; adhuc autem in ipso eodemque pago, super fluvium qui vocatur Andella, .IIII.or partes ville que vocatur Dotvilla, et super eandem aquam Bodeleiti partem mediam, et quicquid debet pertinere ad ipsam. Extra hec, in villa que dicitur Colnella, partem quam ibi habuit quedam mulier que vocata fuit Walburga, et ad hunc locum dedit volente et simul donante sorore sua ; in comitatu Rothomagensi, medietatem ville Ernoltmont, decem et duas partes cum ecclesia alterius ville Franchevillule vocate et aliam villam dimidiam Putbou nuncupatam ; in comitatu Talou, super fluvium qui vocatur Era, Culvertivillam cum universis que pertinent ad ipsam ; in comitatu eodem, alteram villam Brachemont dictam, cum cunctis que pertinere constat ad ipsam ; adhuc autem et in ipso eodem pago, tres villas scilicet Seibertivillam, Cleidas, Ludinarias, cum ecclesiis et molendinis omnibus, tam in aquis quam in terris earum appendiciis ; in comitatu Oismacensi, Nitiacus cum ecclesia et molendinis, et omnibus ad eam pertinentibus ; in ipso eodemque pago, duas villas Lesiam et Bolonem vocatas, cum ecclesiis et molendinis et pratis ac universis earum appendiciis ; adhuc autem et in ipso eodem pago, in villa que Oilliacus vocatur, .XXXIII. partes que vulgo Masloth dicuntur ; in Calciaco pago, Brittamvillam, cum ecclesia quam Bernardus dedit, et dimidiam partem alterius Breteville et duo molendina juxta murum que dedit Ricardus secundus ; in pago Belvacensi, Cramisiacus, et partem terre in villa que dicitur Muntatera ; et in Ebroicensi pago

Normannivillam, et Cader, et Sanctum Germanum quas dedit Ricardus primus ; de Dowvrenc citeriorem partem, cum Angerivilla, et ecclesiam que in ulteriori aque ripa sita est.

[C]

Signum Hu+gonis. Signum Guar+nerii. Signum + Rodberti archipresulis. Signum + principis Rodberti. Signum +Henrici abbatis. Signum + Gisleberti comitis. Signum Vuillelmi + Rotberti comitis filii. Cum prescriptis donis, ego Rotbertus, dux Northmannorum, dono atque concedo Sancte Marie decimam denariorum meorum, quam Ricardus nutricius tenebat, ad canonicorum vestimenta inibi serviencium emenda. + Hec est adfirmacio Vuillelmi comitis de Sota Villa.